

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



et ita circa eundem ministrum eius affecti esse viderentur. cum in nullo fuisset metitus de quibus dicendum aut faciendum dei mandato iuberet. Enumerabat igitur omnia. quemadmodum pempti fuissent egyptij qui eos contra domini compreserat voluntate. et quemadmodum idem fluvius illis quidem sanguineus esset. ipsis vero potabilis atque dulcis. et quod per mare ne longius fugientes novam viam aggressi ipsi quidem ex illo saluati sint. inimici autem eorum profus absorpti. et quia dum arma non haberent. etiam hoc eis deus habundanter prouiderit. et alia quecumque ad prendendos inimicos. ipsosque saluandos necessaria fuissent. eis ultra spem virtutis sue more contulerit. Non ergo debetis inquit etiam in presenti de eius prouidentia despare. sed sine iracundia sustinere. et cogitare eius auxilium non quidem tardum esse. sed ideo nunc differri ut vos hac difficultate probet utique credentes deum non per defectum esse segnem. sed pro experimento virtutis vestre et desiderio libertatis. et cognoscat utrum et ciborum inopia. et sterilitate a qua pro eo fortiter ferre possitis. an huic potius eligatis. sicut iumenta dominantibus sibi. et eis qui propter ministerium suum hec pinguis nutrire consueuerunt. adiiciens super hec dicebat. non se tantum de sua salute metuere. quoniam utique nichil mali pateretur. si moreretur iniuste. sed potius pro illis cogitare. ne per lapides quos mitteret super eum deum iudicarent contemnere. Sic itaque mitigauit illos. et ab impetu lapidationis abstinere fecit. et ad penitentiam sceleris conuertit. dicens eos non hoc rationabiliter. sed necessitate fecisse. cogitauitque oportere. ut ad diuinam supplicationem precibus veniret. Et ascendens quendam scopulum. deponcebat. ut questum populo auferret deus. et eos ab inopia liberaret. in ipso enim esse salutem suam. et in nullo alio. atque concederet veniam his que in presenti fuerant necessitate populi gesta. cum generi hominum res oportune proueniens. et difficile placeant. et eius accusatio sit amica. Deus autem. et prouisurum se compromisit. et occasiones eorum desiderijs prebiturum. Moyses vero a deo hec audiens. descendit ad plebem. Illi cum viderent eum promissionibus letum. a tristitia ad hilaritatem conuersi sunt. stetitque ille in medio. venisse se a deo dicens. et portare eis per hesitacionibus presentibus libertatem. Et post paululum ortigiarum als ortigometrarum multitudo quam precipue nutrit sinus arabicus. transcurso medio mari superuolauit. et post laborem volatus

Ortigia

quasi ad terrenam requiem descendit inter hebreos. Illi ergo tanquam alimentum sibi a deo collatum comprehenderunt eas. Tunc moyses ad orationes dei repente conuersus est. quod promissionis sue compleuit auxilium. Moyses autem post occasionem cibi potus. etiam secundum eis deus emisit. Extendente namque moysen manus ad orationem. ros descendit ex aere. Cuius fuisset eius manibus illinitus. moyses arbitratus est etiam hoc ad cibum eorum a deo fuisse collatum. gustauitque. et letus effectus. ignorante multitudine. ymbrem esse credente. et temporis esse pluiarum quod agebatur. Ille docebat eos. quod non secundum eorum opinionem ros e celo descenderet. sed ad salutem eorum cibumque venisset. Et cum gustaret. fidem credendi prebebat eis. Illi vero imitantes ducem. delectabantur in cibo Mellis enim dulcedinem et delectationem habebat valde suauem. Simile autem erat aromatis precipuis. et magnitudo eius simili semini coriandri. Festinabant quoque singuli colligere vehementer. Quibus precipiebat. ut omnes ex equo per dies singulos assarij mensuram colligerent. nec esset ille cibus in crastinum relinqueretur. huiusque fiebat. ne debilibus colligendi difficultas existeret. virtute valentium. et ex hoc ad necesse accederet. Qui tamen plus a precepta mensura collegissent. nichil amplius quam labores habebant. cum maius nichil illic quam assarium inueniret. et quod remaneret in crastinum. nulli utilitati proficeret. quoniam vermes illud et amaritudo consumeret. Sic ergo erat ille cibus diuinus et inopinabilis. et huiusmodi vltio fiebat ipsorum reprobaciones suantibus. Adtenus autem sic rigat ymbribus locus ille. sicut etiam tunc a moysen prestandum diuitas misit hunc cibum. Vocant autem hebrei hunc cibum manna. Manna itaque interrogatio est in nostra lingua dicentis. quid est hoc. Illi igitur gaudium in his que eis fuerant celitus missa celebrabant. Quo cibo. christianis vbi sunt. quanto tempore in debito fuerit. Cum vero inde migrassent. venerunt in rasionim. passi nouissimas per intolerabili siti misias. Nam cum precedentibus diebus paucam aquam difficultate habuissent. tunc omnino conperientes terram inaquam. in malis erant. rursumque irascebantur in ducem. Ille ergo paululum multitudinis impetum deuotus. dei conuertebat ad preces. rogans. ut hic cibus eis indigentibus prouideret. sic etiam potum daret cum peteret eis gratiam cibi non existente potu. Qui donum diuinitatis non distulit. sed prouidit se moysi tantam aquam multitudinem. unde non possit sperare promissit. iussitque ut

Manna

Manna